

omnes Cælos. Non pugnant: Intelliguntur enim de diverso tempore. Pauper fuit in statu humiliationis propter opus redemptionis susceptæ, sed non est pauper jam in statu exaltationis. Sic: steti in turri Dresdensi & audiui in illustri Gymnasio Misnensi Discipulos canentes. Bertius ex Arist. l. 2. c. 7. p. 101. & l. 6. c. 5. p. 311. Rhenius log. p. 796. Jac. Martini log. p. 276. & 1107. seq.

Committitur ergo ἀγνοια τῆς ἐλέγχου, quum *Antagonista* putat, se contraria vel contradicentia Thesi respondentis inferre, quæ tamen talia non sunt.

EXEMPLA.

1. *Qui minor est Patre, illi non est æqualis: At Christus est minor Patre, Job. 14. E. non est æqualis.*

Resp. est *ignoratio Elenchi*, quia non κατὰ τὸ αὐτὸ dicuntur termini. Christus enim est minor Patre ratione humanæ naturæ. sed æqualis est respectu divinæ naturæ.

2. *Christus est prior Abrahamo respectu divinæ naturæ.*

N 3

Chri-